Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Richter

Henrici Hierosolymitani Gloriosam memoriam renovabat : Cum Natalem ... Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici, ... A. O. R. MDCCXXX. d. XXVI. Novembris. Publice in Gymnasio indiceret Festum ... Officiosissime invitatos Peramanter rogitabat

Gustroviæ: Typ. Joh. Lembkii, [1730?]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0001
DFG

T. 320.

Mk 1261.6.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0002
DFG

1466

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0006
DFG

Volumen LXXV.

M. David Richters
programmata,
zur Mecklenburgs. Historie
und Litteratur
etwas beytragend.

M. 261. c

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0007
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0008
DFG

Hochwohlgebohrner Herr,
Hochzuehrender Herr!

Hierbey erfolgt die desiderirte Programmata
des Herrn Magist: Richters, und zwar die
Ao: 1725 bis 1733, inclusive: dieser Mann ist
von Gebürt ein Büchsenmacher, und hat das
Glück, ein wohlhabender Kupfer-Schmidt,
derer 30000 Rth, und fast noch mehr zu erben,
des 8 Kinder nachgelassen, viele davon bis
ins späte alter, allhier gelebet, deren
denen zween Söhne, gleichmäßige Kupfer-
Schmiede, und eine Tochter, die an hiesig Kauff-
Mann, Hr Warnemünden, verheyrathet ist, allhier
wohnhaft sind, dahingegen auf der ältesten
Tochter, Jungfrauen Mag: Richter, ein Mann
von etzlich 40 Jahren, welcher sein ehemahliger

10 Jahres, Damahls, wie Dessen Antecessor in
officio, Herr Mag: Sibelist, unser Strahlund
sche Pastore vocirt worden, alß ein Bürgerli
ches Mahl=Kindt, in Dessen, und in
anhörung Seiner grossen Studien, zum Rech
te sonderlich befördert worden, welches
Dessen Programmatibus publicis, ist von
meinem ehemahls gehaltenen Inaugural
Dissertation, ein Exemplar mit habe beyz
fügen wollen. Quoad publica, Vermeine
man nunmehr die Gewißheit zu haben,
Daß die samtliche Trouppen den 22ten dieses,
biß auf einen wenig Reste, wieder aufs=
marchiren, verlohren, und mehr anderwo
wärts, die Zeit halber stehen würde. Ich

Verbleibe übrigens, nach gehorsamster
Empfehlung Meiner, mit aller Hochach-
tung beständig,

Ew. Hochwohlgeb.:

Rostock d 14 Febr:
Ao: 1734.

Dienstergebenster
Diener
C. Knöllnagel.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0017
DFG

1730
7

HENRICI HIEROSOLYMITANI

Glorioſam memoriam renovabat

Cum

NATALEM SERENISSIMI DUCIS & PRINCIPIS, DOMINI,

DN. CAROLI LEOPOLDI,

Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis vetuſtæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinenſis, Terrarum Roſtochii atqve Stargardiæ Dynaſtæ, &c.

DOMINI & NUTRITORIS NOSTRI CLEMENTISSIMI

A. O. R. cIↃ IↃ CCXXX. d. XXVI. Novembris.

Publice in Gymnaſio indiceret

FESTUM,

PATRES UTRIUSQVE REIPUBLICÆ

Ut Freqventes noſtram alant pietatem

SOLENNIORESQVE ORATIONES

In Gymnaſii Auditorio Majori

Poſt ſacra finita publice habendas

Benevole audiant,

Officioſiſſime invitatos

Peramanter rogitabat

M. DAVID RICHTER, *Gymn. Ducalis Rector.*

GUSTROVIÆ, Typ. JOH. LEMBKII, SERENISS. PRINC. Typ. Aul.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0019
DFG

Hunc diem DOMINUS fecit.

Psal. 118, 24.

HEnrici Hierosolymitani fata acerbiora hæc eqvidem folia sibi vendicabunt, qvia superiori programmate Natalitio evictum dedimus, emendatis Librariorum mendis, fabulam haud olere, qvod Hierosolymitani Pater, JOHANNES, Theologi cognomine insignis, vicennalem apud Parisienses operam impenderit S. S. Theologiæ studio excolendo. Multa præterii consulto, & plura sciens omisi, qvia operæ nondum video pretium, Hugonis Lusignani, Regis Cyprii, cum Sophia, & Anonymi cujusdam Marsilienſis Principis, qvem inscite Regem alii nominant, cum Magdalena, Johannis Theologi sororibus, inita Parisiis conjugia (a) pluribus exponere aut *explodere*. Sed ad Henricum nostrum redire placet, filium natu primum, qvem perdurante seculi XIII. tertio annorum decennio in lucem fuisse editum, ex inde conjicio, qvod Parens, Parisiis domum rediturus, Hennebergam transierit, venustam Luitgardin, sibi eqvidem ab Henrico VIII. Popponis XIII. (b) Comitis Hennebergici filio, *suo* Parisiis *constudente* (c) desponsatam ast nondum visam,

(a) Accuratissime omnium eadem commemoravit b. Chemnitius in Epitome Genealogico-Historica, signo Eo. Eq. Er.

(b) Unitatem ergo adscribes Popponi XII. in Tabula Genealog. 193. Cel. Hubneri, edit. 1725.

(c) Terminus Cranzianus est, in Vandal. Lib. VII. cap. 16.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0021
DFG

sam, conveniendi gratia, qvam licet monialem, mox paterno impetrato consensu, duxit nuptiasqve Hennebergæ celebravit An. 1229. (d) Bellandi virtute juvenem Principem semper flagrasse, non solum Ejus cum grandævo Patre An. 1257. (e) inita contra infideles Livonos militia probat, sed ejusdem qvoqve post qvinqvennium renovata confirmat expeditio, dum pro istorum seculorum conditione ferro flammisqve Livoniam veritatem Religionis Christianæ docere satagebat. Victor domum tandem rediens Rerumqve potitus, sacramentum fidelitatis subditos dicere jussit A.S.R. 1266. (f) rebusqve Patriæ compositis, Bello se accinxit, qvod perperam *Sacrum* appellabatur, classicum canente Gregorio X. P.R. (g) Qvamprimum itaqve latus â fratre Johanne IV. domestico hoste muniverat, mox Ann. 1273. d. 13. Jul. (h) in cœmeterio Wismariensi â Martio qvodam, Franciscanorum Gvardiano cruce signatur, nec ita multo post cum Eqvitum & Nobilium selecta multitudine iter militiamqve fuit ingressus, qvæ ita strenue qvoqve perfecit, ut haud semel Mamelucorum copias prostraverit. (i) A. 1274. d. 25. Januar. suæ religioni satisfacturus, Hierosolymis in sepulchro dominico sacris vacans, in Barbarorum eheu! manus statim incidit. Frustra enim asseritur, (k) quod Ludovicum IX. Galliæ Regem, qvi contra Ægypti Sultanum militabat, *prosecutus in Asiam* fuerit, qvia is, non solum in hac repetita mili-

(d) Vide pluribus M. Cyriaci Spangenbergii Chronicon Hennebergense, Lib. 2. cap. 26. f. 107. & cap. 28. fol. 111. Ipse Chemnitius eundem Annum 1229. asserit lib. cit. E. o. circa finem.

(e) Chemnitius lib. c. H. n.

(f) Chemn. ibid.

(g) Hæc & seqventia late persequitur b. Latomus, Conf. Cranzius l. c. cap. 45.

(h) Latomus & Chemniz.

(i) Vide continuat. Pufendorf. Introduct. ex germanica M.C.J.W. versione Part. IV. editionis Frf. 1719. p. 694.

(k) Ita Nicol. Marescalcus in Annalibus Herulor. Lib. 5. cap. 3. qvem certatim alii seqvuntur, Latomus nempe, Calovius &c.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0022
DFG

militia (*) in Africæ oris maritimis hærebat, Tunetum (l) expugnaturus, sed ne Asiam qvidem attigit, qvæ Eduardo I. Angliæ Regi, belliqve socio tutanda obvenerat. Taceo, qvod tribus annis ante, Ludovicus in vivis esse desierit, (m) qvam Henricus de suo itinere cogitaverat. Sic qvoqve *duplomata*, qvæ Principi optimo gratiam & securitatem apud hostes literarum rudes, omniqve humanitate deposita sævientes, conciliatura erant, tutius finguntur qvam probata persuadentur. Quemadmodum vero nemo Principum sibi perpetuam fidamqve præstare potest felicitatem, Ludovico autem, cujus modo mentionem fecimus, sua, qvam in priori passagio expertus fuerat, captivitas, *Sancti* (n) qvoqve cognomen peperit; ita qvoqve Optimus Henricus Noster fortunæ perfidiam effugere haud valuit, sed captivorum qvoqve sortem subire debuit. Pleniſſime hæc omnia ex monumentis Wismarienſibus, diligentiſſimus ille Rerum Meclenburgicarum conservator, b. *LATOMUS*, exponit, zu Anfang des folgenden 1274. Jahrs / inqviens, am tage der Bekehrung Pauli, welcher geweſen der 25. tag des Monath Jenners / iſt der obgedachte Herr von Mecklenburg bey dem heiligen Grabe des HERRN von denen Saracenen mit allen den Seinigen gefangen / jedoch seine Junckern und Rittern dimittiret und loßgegeben / und Ihnen ein überauß groſſes lytrum oder rantzion Geld vor Ihren Herrn zu hohlen befohlen / Er aber mit einem Diener Martin Bleyer genant /

(*) E portu Massilienſi A. 1270. solviſſe, Calendis Martii, Æmilio, sed Sanuto Torsello, die secundo Junii transfretaſſe dicitur. Lib. 3. Part. 12. c. 10.

(l) Vid. Æmilius f. m. 373. Marinus Sarutus Lib. 3. Part. 12. c. 10.

(m) Anno 1270. in festo Bartholomæi h. e. d. 24. Aug. Regem obdormiviſſe scribit Sanutus l. c. Æmilius autem & Tilius in subjuncto Chronico ad A. 1270. *octavum ante calendas Septembr.* habent qvos Bucholcerus etiam seqvitur.

(n) Papæ Bonifacii VIII. canoniſationis bullam, qvam vocant, exhibent Bongarſii Gesta Dei per Francos. Tom. I. p. 1201. seqq.

ex

gen Alcair geführet und daselbst 26. Jahr (o) gefänglich gehalten worden. Fortunæ sævitiam nemo, sed diuturnam & tot annorum captivitatem omnes mecum admirabuntur, & neglectam tam chari capitis redimendi curam qvivis ingenuus damnabit. Suo eqvidem haud defuerunt officio Equites & Nobiles reduces facti, tristissimam sui captivi Principis conditionem conjugi Anastasiæ exponentes; ast vix biennio tamen elapso, ita non solum interciderat sed & suppressa quoqve fuerat Henrici memoria omnis, ut Latomo quoqve hæc verba expresserit: Als nun der gefangene Herr 2. Jahr gesessen / und man nicht allein nicht wuste wo Er wäre / sondern auch die besorgliche Gedancken begunte zu machen / Er möchte wohl nimmer wiederkommen / &c. Sed nolo diutius rei hujus indignitati indulgere, neqve Criticorum *Libros Suspicionum* augere, qvin potius juvat ruspari Ægyptiacos Pharaones sive Soldanos, qvos, licet cotibus essent asperiores & felibus rapaciores, DEUS tamen Rex regnantium ad lenitatem Mosaica majorem ita reduxit, ut non Christianos solum, sed captivi Principis cives in maximum conjecerint ruborem. *Jam tertius*, cum Marescalco loqvar, *postliminii tempore Sultanus lectus* erat, *qvi sub ipso ac genitore olim optimo in obsidione Lemoviorum Rigia, una commilito boardarum Magister* (Elias Schedius, filius, vertit: Buchsen-Meister / concinnius autem reddidisse videtur Casp. Calovius (p) Hertzog Heinrichs eigener Schutz-Meister über die Armbusten] *militarat, qvi Anastasiæ-Regis Gallorum, Principumqve*

ex qva patet, An. 1298. d. 11. Aug. eandem fuisse peractam Conf. Tilius in Chron. cit. ad hunc annum & Platina in Bonifacio VIII. p. m. 256.

(o) Ita comuniter. Reinhardus Kock autem, in Chronico Lubecensi MSC. annos asserit 28. reditumqve Principis in A. 1296. rejecit. Hubnerus qvoqve, Qvæst. Hist. Polit. Tom. 6. admodum probabiliter annos modo statuit 22. nisi dixeris captivitatem non 26. sed 16. annorum fuisse, qvia Asraf. A. 1290. regnare cœpit.

(p) In Chronica sua oder Zeit-Buch / edit Lips. An. 1599. plagula c. facie b. Fuit hic Calovius V. D. Minister Wittenborgensis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0024
DFG

qve fere Germaniarum commendatitiis visis, familiam facile illustrissimam & famulitium, qvod olim sub illo obiit, agnovit &c. Cujates vero hic tertius Sultanus fuerit, facile equidem ex Catalogo Sultanorum (q) Ægyptiorum Mammeluccorum hariolari licet; sed qvis, præter b. Joh. Frid. Chemnitium eundem nominatim expresserit, perqvirere nondum potui. Is autem huic Sultano nomen ARAPHO seu EUSTREPHO (r) fecit fere proprium, qvod alii Melech Vstrephus efferunt & Melechseraph, alii Seraf vel Asraph. Pluribus autem ortum ejusdem edisserit b. Latomus ad A. C. 1300. his, verbis: Es soll aber dieser Soltan eines Müllers Sohn auß Gadebusch und beydes mit dem gefangenen Herrn / von seinem Vater Johanne Theologo im Liefländischen Kriege gewesen seyn / und vor einen Schatz-Meister (sine dubio per Scribæ vitium ita vox Schutz-Meister fuit corrupta) gedienet. Qvo modo autem hic obscurus homo ad tantam lucis claritatem honorisqve dignitatem pervenerit? optime ex Mareschalci germanica versione, qvam *bona fide* confecit b. El. Schedius, edocebimur, qvi Sultanum, Principi abeunti & libertati reddito majorem in modum commendasse & injunxisse refert: Daß Er seinen Landes-Leuten vermelden solte / wie Er / durch den Reichthumb Asien angereitzet / vermittelst grösserer gefahr zu dieser hohen Ehre mit Zurücksetzung des wahren Glaubens gelanget wäre. Habes itaqve Soldanum Principem, qvi nostro Henrico *parens ac Deus suæ fortunæ* (s) libertatisqve, qva nihil pretiosius æstimari potest, extitit. Jam vero

(q) Qvem exhibet Marinus Sanutus in pec. Tabula Synchronistica, qvam secutum videtur Chronicon Carionis Philippo-Peucerianum p. m. 603. seqq. edit. Bern. A. 1601. in 8. cui sua forsan debet Cel. Hubnerus Qvæst. Histor. Politic. Tom. 9. Lib. 2. p. m. 852. seqq. qvæst. 19na. Continuationis autem Pufendorfianæ Autor, utriusqve qvidem diligentiam superavit, annorum vero seu chronologiæ rationem nullam habet, qvam Hubnerus servavit solus.

(r) Vide notam e.

(s) Phrasis est Ciceronis in Catilin. III. §. 7.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0025
DFG

vero videamus, qvo jure is TERTIUS dici potuerit? Salva autem res est, quia *sextus* equidem fuit in ordine Sultanorum Mameluccorum in Ægypto; sed oppido *tertius*, cui captivus Senex fuit superstes. Bendocader enim sive Bundokdar *ventris profluvio extinctus est d. 15. April An. 1277.* (t) adeoqve Henricum ultra triennium in custodia servatum vidit. *Successit autem illi filius Meleqvelsayt* (u) sive Melechsaytus, *sed post modicum temporis spacium, de dominio fuit pulsus* (qvam forsan ob causam Sultanis non annumeratur) *& successit illi qvidam, vocatus Elphy* (w) aliis Elpis (x) aliis Helpi (y) dictus, qvem Asraphus, Nostras, excepit. En! in numerato adsunt mangones illi & pecuniarum sive imperati speratiqve lytri accipitres, ipso vulture edaciores, Bendocaderus nempe, sive Melech Saytus, atqve Elpis, qvi si sibi similes nacti fuissent successores, in sqvalidissimi carceris sordibus Princeps contabuisset, si vel millesimas Reges, Germaniarumqve Principes scripsissent pro reddendo Principe literas supplices, apud Turcas, (qvos inter pecunia primum, literæ post nummos mittendæ erant) nihil ponderis habituras. Adeo nihil in Patria laudabile aut constitutum aut cogitatum fuit de excogitando aut exigendo captivitatis pretio, tantoqve redimendo Principe! Unicum vero dubium hæc omnia turbare potest, qvando is ipsus Marinus Sanutus, cujus ex fide hactenus Soldanos recensuimus, Asraphum facit Melech Mesforis filium atqve successorem. (z) Scias autem Sanutum parum sibi in serie Sultanorum Ægyptiacorum constare, qvod non solum ex timida Sultani *Elphy* denominatione, sed clarissime omnium ex Tabulæ, quam suo Operi subtexuit, Synchronisticæ inspectione patet, ex qua Melec-

Mesfor

(t) Sanutus Lib. 3. Part. 12. Cap. 17.
(u) Ibidem & Part. 13. cap. 8.
(w) P. 13. c. 8. f. m. 239.
(x) Ita in Carionis Chron. Alibi qvoqve Eundem Al-Aphi & al-Aphix scriptum inveni.
(y) Vide Cluveri Epitome Hist. sub Rudolpho Habsp. p. m. 551. a.
(z) Lib. 3. Part. 12. cap. 21.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0026
DFG

Messor non modo excidit, sed *Seraf* succeſſor qvoqve datus ז״ל Elpi. Hunc ergo binominem fecit eumqve per Melec-Messorem intelligit, qvem An. 1288. d. 17. Martii *ante Tripolin veniſſe* eumqve (a) An. 1290. *de menſe octobris reliqvias Chriſtianorum in terra Suria* deleturum (b) in itinere fuisse mortuum & ſucceſſorem habuiſſe Seraf, refert. Hinc etiam non ſolum eundem, qvam ſupra allegavimus, ſervat Soldanorum Mameluchorum ſeriem, ſed qvoqve Eſaiani capitis 9. commatis 1. interpretaturus poſterius hemiſtichium retinet, verbis: *Et in novisſimo tempore*, adſcribens: *ſcilicet Bendotdar; Meſſor & Seraf.* [c] Taceo, qvod Hebraismo vel leviter tinctis eſt exploratisſimum *Melech Meſſoris filium* eſſe, idem denotare, qvod occidentalium lingva dicimus *Regi* vel Sultano *Ægypti*, aut regiæ ſedis *Cairo*, ſuccedere aut *ſigna Ejusdem ſeqvi. Melech* enim Regem, Mitzrajim *&* *Maſor* (d) Ægyptum, Meſer (e) autem vel *Meſſer* (f) metropolim ejusdem & ſedem regiam Cairo, qvæ cum articulo arabico Al-Cairo ſcribi ſolet plenius, ſignificare, qvis ignorat? *Filii* autem vocabulum multo latius patere apud Hebræos & orientales, qvam qvidem apud gentes alias, eſt itidem in propatulo. (g) Qvemadmodum ergo ex illorum loqvendi in-

 dole

(a) Ibid. Cap. 20.
(b) Ibid. Cap. 21.
(c) Ibid. Cap. 22.
(d) Vid. Bocharti Geograph. Sacr. p. m. 293. edit. Francof. In eo autem Vir Sumus & cætera ingenioſisſimus ſuos patitur manes qvod Mizrajim non ſolum ex eodem formarit, ſed viri qvoqve nomen inficiatus fuerit, ambigua dualis terminatione deceptus. Vapulavit itaqve Cel. Hillero in Onomaſt. p. 155. & Hadr. Relando in Palæſtina Lib. I. cap. 22. p. m. 45. ſeq. edit Norimberg.
(e) Bochartus l. c. Hillerus p. 664.
(f) Vid. M. Laur. Rieſembergii compendiariam præcipuarum rerum Turcicar. relationem An. 1596. Helmſt. edit. in 4. in *appendice*, exhibente Explicationem qvorundam nominum &c. p. 277. voce, *Alcairum*.
(g) Ex multis vide Glaſium in Grammat. S. canone 36. p. m. 660.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0027
DFG

le *filius regni*, is est, qvem Vatablus, *Regno destinatum*, Drusius, *Qvi ad regnum pertinet*, Grotius, *Cui ex fœderis privilegio regnum præ cœteris destinatur*, dixerunt, (h) ita qvoq; Melech Messoris filius, sine piaculo is dicetur, qvem *Rex Ægypti*, (sine dubio qvia inter fortissimos belli duces Princeps erat,) *regno suo destinaverat* vel sucessorem destinatum iri, ob singularem Ejus virtutem bellicam, præsenserat. Commendare potest hanc sententiam is qvoqve loqvendi (i) modus, qvo qvivis alumnus & discipulus filii nomine dignus habetur, ut adeo Asrapus vel Seraf, Melech Messoris filius fuisset, qvia sub Ægyptiorum Sultano custra secutus stipendiaqve merens exercitui præfuit sicqve in regale solium se evexit. Melech Messori itaqve seu Elpi succesit Asraphus, qvi veluti Pharao aliqvis hoc sui regiminis lumen esse voluit, exulem Josephum suæ Patriæ restituere. Digni eqvidem essent qvi Ejusdem cum calamitosissimo Sene, Henrico nostro habiti sermones referrentur; vereor autem, ne longior hæc fieret scriptio, forsan nec omnium impetrarent adsensum, maxime, si eo habitu qvo apud Crantzium, ipsumqve, qvod miratus sum, Joh. Manlium (k) literis consignati extant, relati leguntur. Continuationis Pufendorfianæ Autor vero, majori sagacitate & τὸ πρέπον captivi & qvæ Excelsam Henrici indolem decet, observavit optime, ejusqve verba, si spatium plagula concesserit, in fine subjungam in gratiam saltem illorum, qvi Latina nesciunt. Varia autem, qvam attuli nomen Araphi scribendi ratio neminem offendat, qvia exoticum & adsumtum nomen est, qvod Carionis Chronicon Philippo-Peucerianum l. c. *Regem uren-*

edit. recentiss. Danzium in Interprete §. 27. Gatakerum de Stylo N. T. cap. 16. p. m. 163.

(h) Ad Matth. 8. 12. Tomo IV. Critic. Anglican. edit. Frft.

(i) Vide Drusium in animadv. Lib. 2. cap. 25. Tom. 6. criticor. Sacror. f. m. 1244.

(k) In Locis Communibur Part. I. p. 23. edit. Ann. 1564. ex qvibus hoc colloqvium B. El. Schedius Centuriæ Secundæ Viridarii sui Philolog. p. 264. seqq. inseruit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0028
DFG

urentem, a sævitia & crudelitate, forsan, qvod ferro flammisqve in Christianos, publicos Orientis ipsiusqve Ægypti hostes, strenue fuerit grassatus, interpretatur, radicem Hebraic. שרף respiciens, qvæ in futuro Hiphil asraph vel Hitpäel ustreph, proniſſime & satis commode Regis nomen formatur. Qvinimo si divitias lingvarum, qvas Oriens olim cultas nobis tradidit, pluribus perscrutari liceret, ingeniosus certe & in his literis, præsertim qvæ unius sunt organi, probe versatus, longe plures, & semper tamen significationi, qvamcunqve etiam Asrapho s. Ustrepho imposueris, convenientissimas, facile excogitabit. Nobis enim typorum Orientalium apparatu destitutis properandum est & fatales navigationes erunt recensendæ. Bis navem conscendit, qvia bis libertati fuit restitutus. Cum prima vice Cairo solveret, Cypro præternavigata adnavigavit Accarum. Sed qvænam esset ista urbs Accarum diu me, frustra qvamplurimos consulentem, habuit sollicitum, donec ex Marescalli Commentariolo Annalium Herulorum discerem, hanc *Cilicum urbem, Romanis dictam fuisse Cæsaream*. Consultus a me Hieronymus (1) tres docebat Cæsareas, qvarum *tertiam Cappadociæ* facit *Metropolin*, de qva valeret *Act. 18. 21.* Dubia porro non supprimebantur sed crescebant. Rursus namqve nesciebam, qvi campestris Cappadocia ejusqve metropolis Cæsarea facta fuisset maritima? Tandem is ipse ex Actis allegatus locus cum *accuratioribus* chartis geographicis â me conferebatur. Deprehendi, Hieronymum, etiam cum errat, vera docere posse, & â Stridonensi Patre, qvartam Cæsaream Cappadociæ, aliis Dio Cæsaream, aliis vero rectius Cæsaream magnam dictam, confusam fuisse cum nostra tertia Cæsarea Ciliciæ, cujus metropolin Tarsum fuisse constat, qvam maritimam Ipse probaverat, præeunte Luca. Cavebis itaqve tibi, ne Accarum hoc, Ptolemaidem, urbem pariter maritimam, (*) sed in tribu Aser sitam, interpreteris,

(1) De Locis Hebraicis, de Actis Apostolorum T. 3. Opp. fol. m. 296. edit. Basil. 1553. (*) Conf. Bochartum l. c. p. 377. & 864.

preteris; licet Accaron vel nonnunqvam Accarum; vetus, & Ptolemais recentius sit ejusdem oppidi nomen, natales suos referens ad Hebr. עכו (m) Sic tandem in portu qvidem Ciliciæ navigantem Principem nostrum collocavimus, qvem multi imprudentiæ accusabunt, qvod terram sibi adeo fatalem rursus adierit; Sed noli mentem tuam præcipitare, qvia optimum Henricum oportuit Accarum repetere, ut concreditos argentario cuidam 2000. aureos suos reciperet. (n) Hos vero cum æruscator traditos aut depositos negaret, inanis navem conscendere debuit, *in medio dein ad Venetos itinere in Hadriatico mari à piratis iterum captus rebusqve omnibus exspoliatis ad Sultanum rursus perductus est. Admiratus fortunæ ludibrium ille, amplioribus donavit muneribus & parte crucis dominicæ veneranda, sicqve in Cyprum flatu secundo pervenit, à Reginâ ibi honorificentissime exceptus, qvæ erat ex germana genitoris, sibi neptis, à qva in Massyliam ad Reginam, eandemqve neptem, inde ad Germaniam penetravit.* Cyprum jam, Princeps bis per Asraphum manumissus, appulit. Sed unde germana genitoris, illi neptis, & qvæ Massyliæ illa sit regina in Regno Galliæ, & cur Accaro relicto, Cyprum finitimam neglexerit aut non prima navigatione statim in eam transierit? me nescire ingenue profiteor. Adeo aliæ ex aliis occurrunt difficultates! Nescivitne amitæ suæ filios atqve nepotes insulæ Reges? Novum adest exemplum, qvod cum veritate Historica & Catalogo (o) Regum Cypriorum vix in gratiam rediturum prævideo. Henricus II. enim, qvi cir-

(m) Offa alias hæc erat qvam mordicus tenebant mox Saraceni, mox Christiani. Urbs peregrinis suscipiendis aptissima & portum habens idoneum, tutam præbens navibus stationem. Vide Autores de Bello Sacro passim, interqve eos Jac. de Vitriaco, Hist. Hierosolym. c. 24. conf. f. m. 1166. Ipse Araphus Christianos ex hac urbe ultimo ejecit An. 1290. mense majo.

(n) Casp. Calovius totidem numerat.

(o) Exhibet eundem Cel. Hubnerus Tom. 3. Qvæst. Hist. Polit. Lib. I. in append. p. m. 689.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0030
DFG

circa finem hujus seculi XIII. cum Hierosolymitanus in avitam properaret patriam, Cypro imperabat, Pronepos qvidem erat Hugonis I. R. Cypri, qvi Sophiam Henrici amitam duxisse traditur; Sed unde probabitur, hunc Regem, qvi eodem, qvo Johannes Theologus Parisios fuit puer 13. annorum profectus, anno, regni sui gubernacula susceperit, ejusdem germanam sibi Parisiis in matrimonium accivisse? aut Johannem, nondum Theologi agnomine insignem, Hugoni eandem despondisse? Satis namqve aperte constat, ALISAM (p) Henrici II. Comitis Campaniæ, qvi eandem ex noverca Isabella, comitis Campaniæ vidua suseperat, filiam, ab Hugone I. Lusignano thori sociam fuisse adsumtam. Majus proinde veritatis robur huic Cyprio-Meclenburgico matrimonio haud accedit, qvam vulgaris Historicorum formula, *fertur*, largiri valet. De Masiliæ insuper regulo, res adeo est incerta, ut ne nomen qvidem proferre audeant. Sed satis multa de indignis Henrico Hierosolymitano fatis. Aliis commemoranda & concilianda relinqvo, fines, per qvos Henricus rediens transiit, statum Patriæ nostræ lacerum, qvem redux offendit, annum qvo naturæ debitum reddidit & sexcenta alia.

Incumbit mihi potius ut causam scribendi edisseram, qvam *lætissimus Natalis, Serenissimi ac Præcelsissimi Ducis atqve Principis nostri, Domini* CAROLI LEOPOLDI, *Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis vetustæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinensis, Terrarum Rostochii atqve Stargardiæ Dynastæ, Heri nostri clementissimi, mihi præcipue imperavit.* Qvamdiu enim sua Principes fata suis terris dispensant, solennia qvoqve vota, preces DEO gra-

(p) Vide Eundem in Tab. geneal. 329. edit. 4ta.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0031
DFG

tæ & divinitus imperatæ, parendi etiam placendiqve ſtudium ſubditos non deficient, qvominus pro ſui Principis ſalute continuas apud Autorem generis humani agant excubias. Agite dum o Civium optimi, advolemus ſupplices ad aram Domini, hoc die vere dominico & divinitus ad lætandum conceſſo, precesqve fundamus pro incolumitate Optimi Almiqve Ducis Noſtri! Hoc pietatis indicium, hoc votorum noſtrorum ſpecimen, hæc deniqve geſtientis in humilitate obſeqvii nota ſit, ut conjunctis precibus ita illuſtrem hunc Serenisſimi noſtri Ducis Regnantis commendemus Natalem

Salve, feſta Dies, meliorqve revertere ſemper!

Sacer hic dies ſacra videat Deoqve tradat noſtra pro *Duce noſtro* ſuspiria! ut Principe ſalvo ejectas videamus *abominandas* & perniciem minitantes, Patriæ lugentis *deſolationes*, qvo ſic tandem aliqvando abbreviatos experiamur calamitatum domeſticarum dies! Ut vero publico & ſacro qvodam pietatis exemplo alios excitaremus, illa ſacra meditati ſuimus, qvæ Johannis Theologi pietatem & ſtudium biblicum, qvæ ſuperiori anno nos occupaverant, fuerunt inſecuta, noſtrasqve olim terras, ſeculo abhinc ſexto, exercuere, ſacram puto ſeu cruciatam filii Henrici, Hieroſolymitani cognomen promerituri, expeditionem. Ea propter ut

Juvenes ornatisſimi & haud nullius ſpei

& dicendi & placendi ſummis Viris haberent tempus & facultatem, ita operam omnem diviſi, ut cras V. D. finitis ſacris publicis, circa horam IV. publice inter harmonicum Muſicorum & fidium concentum dicturus ſit

I. JO-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0032
DFG

I. JOHANN FRIDERICH TANGATZ,
Straſen-Strelicenſis, de *Bello ſacro, minime Sacro.*
II. JOHANN JACOB ROMANUS,
de Paſſagio ſeu *Expeditione Henrici noſtri cruciata.*
III. CHRISTOPH. LAUR. KRAMBEHR,
Parchimenſ. de *fatis Optimi Principis, bis capti & totidem liberati.*
IV. JOHANN CHRIST. NEUCRANTZ,
Ebersdorfio Meclenbl. de *reditu Henrici Hieroſolymitani in Patriam.*

Quemadmodum vero ſplendidiſſimâ Patrum de utraqve Republica meritisſimorum coronâ, Oratorum dicendi ſtudium mirifice ſemper ſublevatum fuit, ita etiam, ut reliqvorum condiscipulorum diligentiam ſuaqve commendandi & probandi literarum ſtudia alatis, Veſtrasqve nobiſcum pro ſalute Serenisſimi Ducis, Conjugis & Filiæ, totiusqve Præcelſisſimæ Domus Meclenburgicæ vota conjungatis, omni, qva poſſum, opera atqve contentione exoro, qvamcunqve inſerviendi alacritatem ſpondens atqve offerens.

MANTISSA, exhibens *Henrici* Hieroſolymitani cum *Aſrapo*, Ægypti Soldano, Mammelucho, colloqvium ex M. C. J. W.

Uberſetzung
Des IV. Theils zu Puffendorff I. Einleitung der vornehmſten Staaten / von Africa
&c. p. m. 695. ſeqq.

Dieſer Araphus war von Geburth ein Teutſcher / welcher / als er den Hertzog von Mecklenburg nach einer ſechs und zwantzigjährigen Gefangenſchafft zu ſich bringen ließ / ihn fragte: Ob es nicht gut würde ſeyn / wen er mit ſeinen Freunden in Teutſchland das Feſt der Geburth ſeines Heylandes feyren könte? (denn die Jahreszeit rückte

rückte nunmehr heran) und ich weiß/ fuhr der Sultan fort/ du bist deinem Aberglauben so sehr ergeben/ daß du denselben höher/ als deine Freyheit achtest: Es ist wahr/ sagte Henrich/ mächtiger Printz; Denn die Freyheit würde gar nichts bedeuten/ wenn nicht Christus durch seine Menschheit unsere Gefangenschafft weggenommen; und derowegen wünsche ich zu GOtt/ daß du erkennen möchtest/ wie viel alle Menschen dem Andencken hiervor schuldig sind/ und ich wünsche hertzlich/ daß ich dich darzu bereden könte. Da sey Gott für/ erwiederte der Sultan/ denn ich erinnere mich/ daß ich/ als ich der vornehmste Ingenieur unter deinem Vater/ und dem Käyser Rudolph/ bey Knefe Fenick in Liefland war/ und allda demselben gute Dienste that/ ebenfals ein Christe war/ allein nunmehro weilen ich diesen Irthum verlassen habe/ hab ich auch meinen gemeinen Stand verändert. Was aber deine Religion angehet/ davon rede ich anjetzo nicht; Ich rede von deiner Freyheit/ würdest du demnach froh seyn/ frey zu seyn und nach Hause zu gehen? Es ist natürlich/ antwortete der Printz/ solches zu thun/ obwohl mein Glück nicht bey mir stehet/ sondern allein auf deinem Willen beruhet; Ich trage ein Verlangen wieder nach Hause zu kehren/ wenn ihr mirs abschlagt/ muß ich es/ wie ich bißhero gethan habe/ vor gut aufnehmen/ gestalt ich versichert bin/ daß Anastasia mein Weib und meine werthe Kinder Henrich Leo/ und Johannes schon lange mein Begräbnuß gehalten und um mich getrauret haben. Ihr irret/ sprach der Sultan/ denn ich bin gewiß/ daß sie wissen/ ihr lebet noch/ und daß sie hertzlich bitten um eure Wiederkunfft. In Warheit ich bin dem Andencken eures Vaters viel schuldig/ und derowegen gebe ich euch eure Freyheit. Nachdem dieses geschehen/ versahe er den Printzen mit allen Nothwendigkeiten; indem er aber auff diesem Wege von den Capern genommen/ und wieder zurück zu dem Sultan gebracht ward/ bedaurete er gar sehr sein Unglück/ und schickte ein Schiff nur zu diesem Entzweck fort/ daß ihn nach Marseile bringen solte/ von wannen er zu Lande in sein Vaterland reisete.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0034
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410525/phys_0040
DFG

ANN FRIDERICH TANGATZ,
Strelicensis, de *Bello sacro, minime Sacro.*
ANN JACOB ROMANUS,
gio seu *Expeditione Henrici nostri cruciata.*
RISTOPH. LAUR. KRAMBEHR,
de *fatis Optimi Principis, bis capti & totidem liberati.*
IANN CHRIST. NEUCRANTZ,
fio Meclenbl. de *reditu Henrici Hierosolymitani in Patriam.*

lmodum vero splendidissimâ Patrum de utra-
a meritisimorum coronâ, Oratorum dicendi
ice semper sublevatum fuit, ita etiam, ut reli-
iscipulorum diligentiam suaqve commendan-
i literarum studia alatis, Vestrasqve nobiscum
enissimi Ducis, Conjugis & Filiæ, totiusqve
Domus Meclenburgicæ vota conjungatis,
ssum, opera atqve contentione exoro, qvam-
iendi alacritatem spondens atqve offerens.

A, exhibens *Henrici* Hierosolymitani
rapo, Ægypti Soldano, Mamme-
o, colloqvium ex M. C. J. W.

Uberſetzung
heils zu Puffendorff I. Einleitung der
nehmſten Staaten / von Africa
&c. p. m. 695. seqq.

hus war von Geburth ein Teutſcher / welcher / als er
von Mecklenburg nach einer sechs und zwantzigjäh-
afft zu ſich bringen ließ / ihn fragte: Ob es nicht gut
er mit ſeinen Freunden in Teutſchland das Feſt der
s Heylandes feyren könte? (denn die Jahreszeit
nickte